IACOBUS A VORAGINE. NOMINA HERBARUM. SERMONES. VITAE SANCTORUM
1. Hälfte 14. Jh. Seite 169r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26568
Copyright: Admont, Benediktinerstift



posita et accipiens corocem ad offerendum in altari
ydolorum ponebat id in fenestram que recipiebat ad
orientem et stans ad fenestram aspiciebat in celum.
intuens stellas. et orabat in corde suo ingemiscens
et flens et non offerebat incensum ydolis per dies
vii. ¶ Et dicunt ad eam ancille. ¶ Domina nostra
ecce iam septimana est ex quo diis non obtulisti
lybamina ne forte irascantur. et pereamus. ¶ Sancta
xpina. Respondit. ¶ Quod talia michi dicitis. ¶ Pollu
tis ydolis et sine anima surdis et non offero. ¶ Ego
autem hec hodie septimanam offerens sacrificium
veritatis deo qui fecit celum et terram. ¶ Ancille
autem procidentes ad pedes eius dicebant. ¶ Domina
nostra ymaginem regalem habes et licet tibi regnare
Quid est quod errasti. et deum colis quem non cogno
uimus. ¶ Si pater tuus dominus noster scirit habet perdere
nos et genus nostrum dicens quia docuistis vos eam
colerem deum qui a plato interrogatus est. Cristina
respondit. ¶ Quid se ducimini a dyabolo. et ydolis eius.
Accedite et vos ad deum celestem et ad filium
eius ihesum xpm. et liberabit uos a dyabolo. ¶ Cum ad
hunc hec loqueretur intrauit urbanus ut videret
filiam suam et deos suos adoret. ¶ Veniens autem
cum gaudio magno offerre sacrificium expectabat
filiam suam secundum consuetudinem offerre sacrificium
diis suis et non veniebat sancta xpina ad ydola
sed in fenestra incumbens intuebatur in celum uirtutem